Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



wnus dñi. Probet aut seipm̄ homo et sic de pa
ne illo edat et de calice bibat. Qui enim mādu
cat et bibit indigne iudicium sibi manducat et
bibit nō diiudicans corpus dñi. Ideo inter vos
multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi:
Quod si nosmetipos diiudicaremus: nō vtiq;
iudicaremur. Dum iudicamur aut ad nō corri
pimur. ut nō cum hoc mūdo dampnemur. Gr̄
Christus factus est pro nob̄ obediens vsq; ad mortē mortē aūt crucis v̄
Propter quod deus exaltauit illum et dedit illi nomē quod ē sr̄ oē nomen

Secundum iohannem 13

Ante diem festum
pasche sciens ihus quia venit eius hora ut
transeat ex hoc mūdo ad prem cum dilexisset suos
qui erant in mūdo in finem dilexit eos. Et cena
facta cum dyabolus iam misisset in cor ut traderet
eum iudas simonis scariothis. sciens quia omnia
dedit ei pr̄ in manus et quia ad eo exiuit et ad eū
vadit: surgit a cena et ponit vestimenta sua: Et
cum accepisset lintheum: pcinxit se. Deinde mi
sit aquam in peluim: et cepit lauare pedes disci
pulorum et extergere lintheo quo erat pcinctus. Ve
nit ergo ad simonē petrum: et dicit ei petrus. Do
mine tu mi lauas pedes? Rūdit ihus: et dixit ei.
Quod ego facio tu nescis modo: scies aūt postea.
Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternū.
Rūdit ei ihus. Si nō lauero te nō hēbis partē mecū
Dicit ei ei simon petrus. Domine nō tantum pe
des: sed et manus et caput. Dicit ei ihus. Qui lo
tus est non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mū
dus totus. Et vos mūdi estis sed nō omnes Sci